

roboris, fructu caprifici naturaq;. Gūmi alij brochon appellunt: alij malachram, alij maldacon. Nigrū uero et in offas cōuolutū hadrobolon. Esse autē debet trās lucidū simile cere, odoratū, & cū fricatur pingue, gustu amarū citra acorē. In sacris uino perfusum odora tius. Nasctur & in Arabia, Indiaq;, & Media ac Babylone. Aliqui peraticū uocāt ex Media aduectū. Facilius hoc & crustosius, amariusq;: at Indicum hu midius & gummosum. Adulteratur amygdala nucce. Cetera eius genera cortice scordasti. Ita uocatur ar bor amulo gūmi. Sed deprahenduntur (quod semel di xisse & in ceteros odores satis sit) odore, colore, pon dere, gustu, igne. Baſtriano nidor siccus, multiq; can didi ungues. Præterea suum pōdus, quod grauius esse aut leuius nō debeat. Pretiū sincero in libras x. terni. Cētes supradictas Persis attingit, rubro mari (quod ibi Persicum uocauimus) longe in terra æstu agēte, mira arborū natura. Nanq; erosæ sale, inuectis dere lectisq; similes, sicco littore radicibus nudis polyporū modo amplexæ steriles arenas spectantur. Eadem ma ri adueniente fluctibus pulsata, resistunt immobiles. Quin et pleno æstu operiuntur totæ, apparetq; rerum argumentis, asperitate aquarum illas ali. Magnitudo miranda est, species similis unedonis, pomum amygda lis extra, intus contortis nucleis.

De arboribus Persicæ insulæ, & lanigeris arboribus.

Trios insula in eodem sinu est, repleta syluis qua spectat oriētē, quaq; & ipsa æstu maris per funditur. Magnitudo singulis arboribus fici, flos sua uitate inenarrabili, pomū lupino simile, ppter asperitatem intactum omnibus animalibus. Eiusdem insulæ excelſiore suggestu lanigeræ arbores alio modo q̄ Serum. His folia infæcunda: quæ ni minora essent, uitū poterant uideri. Ferunt cotonei mali amplitudine cu curbitas, quæ maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus uestes pretioso linteo faciunt.

De gossampinis, & arboribus ex quibus uestes fiunt, & quibus modis constent arborum fructus.

Arbores uocāt gossāpinos, fertiliores etiā Tylo in minore, q̄ distat x. M. pass. Iuba circa fruti cē lanugines esse tradit, linteāq; ea Indicis p̄ stātiora. Arabiæ aut arbores ex quibus uestes faciāt, cynas uocari, folio palmæ simili. Sic Indos suæ arbo res uestiūt. In Tylis aut et alia arbor floret albæ uio læ specie, sed magnitudine quadruplici, sine odore, q̄ miremur. In eo tractu est & alia similis, foliosior ta men roseiq; floris: quæ noctu cōprimēs, aperire incipit solis exortu, meridie expādit. Incolæ dormire eum di cūt. Fert eadem insula & palmas, oleasq; ac uites, & cū reliquo pomorū genere ficos. Nulli arborum folia ibi decidūt. Rigaturq; gelidis fontibus, & imbres ac cipit. Vicina his Arabia flagitat quandam generum distictōnē, quoniā fructus is cōstat radice, frutice, cor tice, succo, lacryma, ligno, surculo, flore, folio, pomo.

De costo & nardo, & differentiis nardi.

CAP. XII.

Radix et foliū Indis est maximo p̄tio. Radix co sti gustu feruēs, odore eximio, frutice alias in utili, Primo statim t̄roitu ammis Indi ī Pata le īsula, duo sunt eius genera, nigrū, et quod melius cā dicans. Pretiū in libras xvi. De folio nardi plura dici par est, ut principali in unguētis. Frutex est graui & crassa radice, sed breui ac nigra, fragiliq;: quāuis pin gui, sitū redolente ut cyperi, aspero sapore, folio par uo dēsoq;. Cacumina ī aristas se spargūt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrāt. Alterū eius genus apud Gangē nascēs dānatur in totū, ozentidis nomi ne, uirus redolens. Adulteratur & pseudonardo her ba, quæ ubiq; nascitur, crassiore atq; latiore folio, & colore languido in candidū uergēte. Itē sua radice p mixta pōderis causa, & gūmi, spumaq; argēti aut sti bio, cyperihæ cortice. Syncerū quidem leuitate depræ hēditur, & colore ruffo, odorisq; suauitate, & gustu maxime siccāte os, sapore iucundo. Pretiū spicæ in li bras xc. Folia diuisere annonā, ab amplitudine hadro spherū uocatur maioribus folijs x. xxx. Quod mino re folio est mesospherū appellatur, emitur x. lx. Lau datissimū microspherū ē minimis foliū, pretium eius x. lxxv. Odoris gratia oibus maior recentibus. Nar do color qui inueterauerit nigriori melior. In nostro orbe proxime laudatur Syriacum, mox Gallicum, ter tio loco Creticū, quod aliqui agrium uocāt, alij phu, folio olusatri, caule cubitali, geniculato ī purpura albicante, radice obliqua uillosaq;: & imitante auitū pe des. Baccaris uocatur nardū rusticū, de quo dicemus inter flores. Sunt autē ea oīa herbæ præter Indicum. Ex ijs Gallicum cum radice uellitur, abluiturq; uino. Siccatur in umbra, alligatur fasciculis in charta, non multū ab Indico differens, Syriaco tamē leuius. Pre tium xij. In his probatio una, ne sint fragilia, & ari da potius q̄ sicca folia. Cum Gallico nardo semper ua scitur herba quæ hirculus uocatur, à grauitate odo ris & similitudine, quæ maxime adulteratur. Distat, quod sine cauliculo est, & quod minoribus folijs, quodq; radice neque amara, neque odorata.

De asaro, amomo, amomide, & carda momo.

CAP. XIII.

Nardi uim habet et asarū, qd et ipsū aliqui syl uestre nardū appellāt. Est autē edera folijs, ro tūdioribus tātū mollioribusq;, flore purpureo radice Gallici nardi. Semē acinosum, saporis calidi ac uinosi. Mōtibus in umbrosis bis anno floret. Optimum in Pōto, proximū in Phrygia, tertiu in Illyrico. Fodi tur cū folia mittere incipit, et ī sole siccatur, celeriter sitū trabēs ac senescens. Inuenta nuper & in Thracia herba est, cuius folia nihil ab Indico nardo distant. Amomi uua ī usu est, Indica uite labrusca: ut alij exi stimauere, frutice myrtoſo, palmi altitudine: carpi turq; cū radice, manipulatim leniter cōpōnitur, p̄ti nus fragile. Laudatur quāmaxime P̄nici mali fo lijs